

Laudes du jeudi

Psaume 66

*Deus misereatur nostri et benedicat nobis ; **

*illúminet vultum suum super nos,
ut cognoscatur in terra via tua, *
in ómnibus géntibus salutáre tuum.*

*Confiteantur tibi pópuli, Deus ; *
confiteantur tibi pópuli omnes.*

*Læténtur et exsúltent gentes, †
quóniam iúdicas pópulos in
æquitáte *
et gentes in terra dírigis.*

*Confiteantur tibi pópuli, Deus, *
confiteantur tibi pópuli omnes.*

*Terra dedit fructum suum ; *
benedícat nos Deus, Deus noster,
benedícat nos Deus, *
et métuant eum omnes fines terræ.*

Que Dieu nous prenne en grâce et nous bénisse, que son visage s'illumine pour nous ;

et ton chemin sera connu sur la terre, ton salut, parmi toutes les nations.

Que les peuples, Dieu, te rendent grâce ; qu'ils te rendent grâce tous ensemble !

Que les nations chantent leur joie, car tu gouvernes le monde avec justice ; tu gouvernes les peuples avec droiture, sur la terre, tu conduis les nations.

Que les peuples, Dieu, te rendent grâce ; qu'ils te rendent grâce tous ensemble !

La terre a donné son fruit ; Dieu, notre Dieu, nous bénit.

Que Dieu nous bénisse, et que la terre tout entière l'adore !

Hymnes

Semaine 1

SOL ecce surgit igneus:
piget, pudescit, pænitet,
nec teste quisquam lumine
peccare constanter potest.

Tandem facessat cæcitas,
quæ nosmet in præceps diu
lapsos sinistris græssibus
errore traxit devio.

Hæc lux serenum cónferat
purósque nos præstet sibi;
nihil loquámur súbdolum,
volvámus obsúrum nihil.

Sic tota decurrat dies,
ne lingua mendax, ne manus
oculive peccent lúbriци,
ne noxa corpus ínquinet.

Speculátor astat désuper,
qui nos diébus ómnibus
actúsque nostros próspicit
a luce prima in vésperum.

Deo Patri sit glória
eiúsque soli Fílio
cum Spíritu Paráclito,
in sempiterna sæcula.

VOis surgir le soleil de feu:/
honte, repentir, contri-
tion!/
Nul ne peut pécher har-
diment/
quand la lumière en est
témoin.

Que cesse enfin l'aveugle-
ment/
qui nous a longtemps
dévoyés,
en faisant trébucher
nos pas/
jusqu'à la chute dans
l'erreur.

En nous prenant dans sa
clarté,
que ce beau jour nous
rende purs;
point d'artifice en
nos discours,
n'agitions en nous
rien d'obscur.

Que tout le jour s'écoule
ainsi,
sans propos menteurs;
que nos mains/
et nos yeux se
gardent du mal,
sans faute qui
souille nos corps.

Dieu nous observe de là-
haut,
il nous regarde chaque
jour;
il voit devant lui nos
actions/
depuis l'aurore jusqu'au
soir.

Au Père gloire soit rendue,
et gloire à son unique Fils,
avec l'Esprit Consolateur,
à travers
les siècles sans fin.

Semaine 2

IAM lucis orto sidere
Deum precémur súpplices,
ut in diúrnis áctibus
nos servet a nocéntibus.

Linguam refrénans témperet,
ne litis horror ínsonet ;
visum fovéndo cóntegat,
ne vanitátes háuriat.

Sint pura cordis íntima,
absístat et vecórdia ;
carnis terat supérbiam
potus cibíque párcitas ;

Ut, cum dies abscésserit
noctémque sors redúxerit,
mundi per abstinéntiam
ipsi canámus glóriam.

Deo Patri sit glória
eíusque soli Filio
cum Spíritu Paráclito,
in sempitérna sæcula.

Déjà le soleil est levé :/
prions Dieu et supplions-
le / de nous préserver du Mau-
vais / en ce jour et dans tous nos
actes.

A nos langues, qu'il mette un
frein / pour éviter cris et con-
flits ; / que son amour garde nos
yeux / de s'abreuver d'images
vaines.

Que le fond de nos cœurs
soit pur, / que cesse tout dérè-
glement, / que se broie l'orgueil
de la chair / par une sobre
nourriture,

Pour qu'après le déclin du
jour, / après le retour de la
nuit, / purifiés par les priva-
tions, / nous chantions encore sa
gloire.

Au Père, gloire soit rendue, /
et gloire à son Unique Fils, /
avec l'Esprit Consolateur, / à
travers l'infini des siècles.

Psaume 50

*Miserére mei, Deus, secúndum mi-
sericórdiam tuam ; *
et secúndum multítudinem misera-
tiónum tuárum dele iniquitátem
meam.*

*Amplius lava me ab iniquitáte mea *
et a peccáto meo munda me.*

Pitié pour moi, mon Dieu, dans ton
amour, selon ta grande miséricorde,
efface mon péché.

⁴ Lave-moi tout entier de ma faute,
purifie-moi de mon offense.

*Quóniam iniquitátem meam ego
cognósco, *
et peccátum meum contra me est
semper.*

*Tibi, tibi soli peccávi *
et malum coram te feci,*

*Ut iustus inveniáris in senténtia
tua *
et æquus in iudício tuo.*

*Ecce enim in iniquitáte generátus
sum, *
et in peccáto concépit me mater
mea.*

*Ecce enim veritátem in corde di-
lexísti *
et in occúlto sapiéntiam mani-
festásti mihi.*

*Aspérges me hyssópo, et
mundábor ; *
lavábis me, et super nivem
dealbábor.*

*Audíre me fácies gáudium et
lætítiam, *
et exultábunt ossa quæ contrivísti.*

*Avérte faciém tuam a peccátis
meis *
et omnes iniquitátes meas dele.*

*Cor mundum crea in me, Deus, *
et spíritum firmum ínnova in viscéri-
bus meis.*

*Ne proicias me a fácie tua *
et spíritum sanctum tuum ne áufe-
ras a me.*

*Redde mihi lætítiam salutáris tui *
et spíritu promptíssimo confírma
me.*

⁵ Oui, je connais mon péché, ma
faute est toujours devant moi.

⁶ Contre toi, et toi seul, j'ai péché,
ce qui est mal à tes yeux, je l'ai fait.
Ainsi, tu peux parler et montrer ta
justice, être juge et montrer ta vic-
toire.

⁷ Moi, je suis né dans la faute, j'étais
pécheur dès le sein de ma mère.

⁸ Mais tu veux au fond de moi la vé-
rité ; dans le secret, tu m'apprends
la sagesse.

⁹ Purifie-moi avec l'hysope, et je se-
rai pur ;
lave-moi et je serai blanc, plus que
la neige.

¹⁰ Fais que j'entende les chants et la
fête : ils danseront, les os que tu
broyais.

¹¹ Détourne ta face de mes fautes,
enlève tous mes péchés.

¹² Crée en moi un cœur pur, ô mon
Dieu, renouvelle et raffermis au
fond de moi mon esprit.

¹³ Ne me chasse pas loin de ta face,
ne me reprends pas ton esprit saint.

¹⁴ Rends-moi la joie d'être sauvé ;
que l'esprit généreux me soutienne.

*Docébo iníquos vias tuas, *
et ímpii ad te converténtur.*

*Líbera me de sanguínibus, Deus,
Deus salútis meæ, *
et exultábit lingua mea iustítiam
tuam.*

*Dómine, lábia mea apéries, *
et os meum annuntiábit laudem
tuam.*

*Non enim sacrificio delectáris, *
holocáustum, si ófferam, non placé-
bit.*

*Sacrificium Deo spíritus contri-
bulátus, *
cor contrítum et humiliátum, Deus,
non despícies.*

*Benígne fac, Dómine, in bona vo-
luntáte tua Sion, *
ut ædificéntur muri Ierúsalem.
Tunc acceptábis sacrificium iustítiaë,
oblatiónes et holocáusta ; *
tunc impónent super altáre tuum
vítulos.*

Psaume 87

*Dómine, Deus salútis meæ, *
in die clamávi et nocte coram te.*

*Intret in conspéctu tuo orátio
mea ; *
inclína aurem tuam ad precem
meam.*

*Quia repléta est malis ánima mea, *
et vita mea inférno appropinquávit.*

¹⁵ Aux pécheurs, j'enseignerai tes chemins ; vers toi, reviendront les égarés.

¹⁶ Libère-moi du sang versé, Dieu, mon Dieu sauveur, et ma langue acclamera ta justice.

¹⁷ Seigneur, ouvre mes lèvres, et ma bouche annoncera ta louange.

¹⁸ Si j'offre un sacrifice, tu n'en veux pas, tu n'acceptes pas d'holocauste.

¹⁹ Le sacrifice qui plaît à Dieu, c'est un esprit brisé ; tu ne repousses pas, ô mon Dieu, un cœur brisé et broyé.

²⁰ Accorde à Sion le bonheur, relève les murs de Jérusalem.

²¹ Alors tu accepteras de justes sacrifices, oblations et holocaustes ; alors on offrira des taureaux sur ton autel.

02 Seigneur, mon Dieu et mon salut, dans cette nuit où je crie en ta présence,

03 que ma prière parvienne jusqu'à toi, ouvre l'oreille à ma plainte.

04 Car mon âme est rassasiée de malheur, ma vie est au bord de l'abîme ;

*Æstimátus sum cum descendéntibus
in lacum, **

*factus sum sicut homo sine
adiutório.*

*Inter mórtuos liber, **
*sicut vulneráti dormiéntes in
sepúlcris ;*

*Quorum non es memor ámplius, **
et ipsi de manu tua abscíssi sunt.

*Posuísti me in lacu inferióri, **
in tenebrósis et in umbra mortis.

*Super me gravátus est furor tuus, **
*et omnes fluctus tuos induxísti super
me.*

*Longe fecísti notos meos a me, **
posuísti me abominatiónem eis ;
*Conclúsus sum et non egrédíar. **
*Oculi mei languérunt præ afflic-
tióné.*

*Clamávi ad te, Dómine, tota die, **
expándi ad te manus meas.

*Numquid mórtuis fácies mirábília, **
*aut surgent umbræ et confitebúntur
tibi ?*

*Numquid narrábit áliquis in sepúlcro
misericórdiam tuam **
*et veritátem tuam in loco perdi-
tiónis ?*

*Numquid cognoscéntur in ténebris
mirábília tua **
et iustítia tua in terra obliviónis ?

*Et ego ad te, Dómine, clamávi, **
et mane orátio mea prævéniét te.

05 On me voit déjà descendre à la
fosse, je suis comme un homme fini.

06 Ma place est parmi les morts,
avec ceux que l'on a tués, enterrés,

ceux dont tu n'as plus souvenir, qui
sont exclus, et loin de ta main.

07 Tu m'as mis au plus profond de
la fosse, en des lieux engloutis, té-
nébreux ;

08 le poids de ta colère m'écrase, tu
déverses tes flots contre moi.

09 Tu éloignes de moi mes amis, tu
m'as rendu abominable pour eux ;
enfermé, je n'ai pas d'issue :10 à
force de souffrir, mes yeux s'étei-
gnent.

Je t'appelle, Seigneur, tout le jour,
je tends les mains vers toi :

11 fais-tu des miracles pour les
morts ? leur ombre se dresse-t-elle
pour t'acclamer ?

12 Qui parlera de ton amour dans la
tombe, de ta fidélité au royaume de
la mort ?

13 Connaît-on dans les ténèbres tes
miracles, et ta justice, au pays de
l'oubli ?

14 Moi, je crie vers toi, Seigneur ;
dès le matin, ma prière te cherche :

*Ut quid, Dómine, repéllis ánimam meam, **

abscóndis fáciem tuam a me ?

*Pauper sum ego et móriens a iuventúte mea ; **

portávi pavóres tuos et conturbátus sum.

*Super me transiérunt iræ tuæ, *
et terróres tui excidérunt me.*

*Circuíerunt me sicut aqua tota die, *
circumdedérunt me simul.*

*Elongásti a me amícum et próximum, *
et noti mei sunt ténebræ.*

Psaume 89

*Dómine, refúgium factus es nobis *
a generatióne in generatióne.*

*Priúsqum montes nasceréntur †
aut gignerétur terra et orbis, *
a sæculo et usque in sæculum tu es Deus.*

*Redúcis hóminem in púlverem ; *
et dixísti : « Revertímini, filii hóminum ».*

*Quóniam mille anni ante óculos tuos †
tamquam dies hestérna, quæ prætérit, *
et custódia in nocte.*

*Auferes eos, sómnum erunt : *
mane sicut herba succrésens,*

*mane floret et crescit, *
véspere décidit et aréscit.*

15 pourquoi me rejeter, Seigneur,
pourquoi me cacher ta face ?

16 Malheureux, frappé à mort depuis l'enfance, je n'en peux plus d'endurer tes fléaux ;

17 sur moi, ont déferlé tes orages :
tes effrois m'ont réduit au silence.

18 Ils me cernent comme l'eau tout le jour,
ensemble ils se referment sur moi.

19 Tu éloignes de moi amis et familiers ;
ma compagne, c'est la ténèbre.

01 D'âge en âge, Seigneur, tu as été
notre refuge.

02 Avant que naissent les montagnes,
+ que tu enfantes la terre et le monde,
* de toujours à toujours, toi, tu es Dieu.

03 Tu fais retourner l'homme à la poussière ;
tu as dit : « Retournez, fils d'Adam ! »

04 A tes yeux, mille ans sont comme hier,
c'est un jour qui s'en va, une heure dans la nuit.

05 Tu les as balayés : ce n'est qu'un songe ;
dès le matin, c'est une herbe changeante :

06 elle fleurit le matin, elle change ;
le soir, elle est fanée, desséchée.

*Quia defécimus in ira tua *
et in furóre tuo turbáti sumus.*

*Posuísti iniquitátes nostras in cons-
péctu tuo, *
occúlta nostra in illuminatióne vul-
tus tui.*

*Quóniam omnes dies nostri evanué-
runt in ira tua, *
consúpsimus ut suspírium annos
nostros.*

*Dies annórum nostrórum sunt sep-
tuagínta anni *
aut in valéntibus octogínta anni,
et maior pars eórum labor et do-
lor, *
quóniam cito tránseunt, et
avolámus.*

*Quis novit potestátem iræ tuæ *
et secúndum timórem tuum in-
dignatiónem tuam ?*

*Dinumeráre dies nostros sic doce
nos, *
ut inducámus cor ad sapiéntiam.*

Convértere, Dómine, úsquequo ?
Et deprecábilis esto super servos
tuos.*

*Reple nos mane misericórdia tua, *
et exultábimus et delectábimur
ómnibus diébus nostris.*

*Lætífica nos pro diébus quibus nos
humiliásti, *
pro annis quibus vídimus mala.*

*Appáreat servis tuis opus tuum *
et decor tuus filiis eórum.*

07 Nous voici anéantis par ta colère
; ta fureur nous épouvante :

08 tu étales nos fautes devant toi,
nos secrets à la lumière de ta face.

09 Sous tes fureurs tous nos jours
s'enfuient, nos années s'évanouis-
sent dans un souffle.

10 Le nombre de nos années ?
soixante-dix, quatre-vingts pour les
plus vigoureux !

Leur plus grand nombre n'est que
peine et misère ; elles s'enfuient,
nous nous envolons.

11 Qui comprendra la force de ta
colère ? Qui peut t'adorer dans tes
fureurs ?

12 Apprends-nous la vraie mesure
de nos jours : que nos coeurs pénè-
trent la sagesse.

13 Reviens, Seigneur, pourquoi tar-
der ? Ravise-toi par égard pour tes
serviteurs.

14 Rassasie-nous de ton amour au
matin, que nous passions nos jours
dans la joie et les chants.

15 Rends-nous en joies tes jours de
châtiment et les années où nous
connaissions le malheur.

16 Fais connaître ton oeuvre à tes
serviteurs et ta splendeur à leurs
fils.

*Et sit splendor Dómini Dei nostri super nos, † et ópera mánuum nostrárum confírma super nos * et opus mánuum nostrárum confírma.*

17 Que vienne sur nous la douceur du Seigneur notre Dieu ! Consolide pour nous l'ouvrage de nos mains ; oui, consolide l'ouvrage de nos mains.

Cantique de l'Ancien Testament

Le psautier compte ici quatre cantiques, dont on ne chante qu'un seul, selon le numéro de la semaine liturgique.

Semaine 1

Jr 31

*Audíte verbum Dómini, gentes, * et annuntiáte in ínsulis, quæ procul sunt, et dícite :*

*« Qui dispérsit Israel, congregábit eum * et custódiét eum sicut pastor gregem suum ».*

*Redémit enim Dóminus Iacob * et liberávit eum de manu poténtiórís.*

*Et vénient et laudábunt in monte Sion * et cónfluent ad bona Dómini super fruménto et vino et óleo * et fetu pécorum et armentórum ;*

*erítque ánima eórum quasi hortus irriguus, * et ultra non esúrient.*

*Tunc lætábitur virgo in choro, * iúvenes et senes simul.*

*« Et convértam luctum eórum in gáudium * et consolábor eos et lætificábo a dolóre suo.*

10 Écoutez, nations, la parole du Seigneur ! Annoncez dans les îles lointaines :

« Celui qui dispersa Israël le rassemble, il le garde, comme un berger son troupeau.

11 Le Seigneur a libéré Jacob, l'a racheté des mains d'un plus fort.

12 Ils viennent, criant de joie, sur les hauteurs de Sion : ils affluent vers les biens du Seigneur, le froment, le vin nouveau et l'huile fraîche, les génisses et les brebis du troupeau.

Ils auront l'âme comme un jardin tout irrigué ; ils verront la fin de leur détresse.

13 La jeune fille se réjouit, elle danse ; jeunes gens, vieilles gens, tous ensemble !

Je change leur deuil en joie, les réjouis, les console après la peine.

*Et inebriábo ánimam sacerdotum
pinguédine, *
et pópulus meus bonis meis adim-
plébitur ».*

Semaine 2

*« Confitébor tibi, Dómine, quóniam
cum irátus eras mihi, *
convérsus est furor tuus, et con-
solátus es me.*

*Ecce Deus salútis meæ ; *
fiduciáliter agam et non timébo,
quia fortitúdo mea et laus mea
Dóminus, *
et factus est mihi in salútem ».*

*Et hauriétis aquas in gáudio *
de fóntibus salútis.*

*Et dicétis in die illa : **

*« Confitémini Dómino et invocáte
nomen eius,*

*notas fácite in pópulis adinventiónes
eius ; **

*mementóte quoniam excélsus est
nomen eius.*

*Cantáte Domino, quóniam
magnífice fecit ; *
notum sit hoc in univérſa terra.*

*Exsúlta et lauda, quæ hábitas in
Sion, *
quia magnus in médio tui Sanctus
Israel ».*

Semaine 3

*« Ecce Dóminus Deus in virtúte ve-
nit, *
et bráchium eius dominátur :*

14 Je nourris mes prêtres de fes-
tins ; mon peuple se rassasie de mes
biens » – oracle du Seigneur.

Is 12

Seigneur, je te rends grâce : ta co-
lère pesait sur moi, mais tu reviens
de ta fureur et tu me consoles.

02 Voici le Dieu qui me sauve : j'ai
confiance, je n'ai plus de crainte.

Ma force et mon chant, c'est le Sei-
gneur ; il est pour moi le salut.

03 Exultant de joie, vous puiserez
les eaux aux sources du salut.

04 Ce jour-là, vous direz : « Rendez
grâce au Seigneur, proclamez son
nom,

annoncez parmi les peuples ses
hauts faits ! » Redites-le : « Sublime
est son nom ! »

05 Jouez pour le Seigneur, il montre
sa magnificence, et toute la terre le
sait.

06 Jubilez, criez de joie, habitants
de Sion, car il est grand au milieu de
toi, le Saint d'Israël !

Is 40

10 Voici le Seigneur Dieu ! Il vient
avec puissance ; son bras lui soumet
tout.

*ecce merces eius cum eo *
et præmium illius coram illo.*

*Sicut pastor gregem suum pascit, †
in bráchio suo cóngregat agnos et in
sinu suo levat ; *
fetas ipse portat».*

*Quis mensus est pugíllo aquas *
et cælos palmo dispósuit,*

módio contínuit púlverem terræ
et librávit in póndere montes et
colles in statéra ?*

*Quis diréxit spíritum Dómini ? *
Aut quis consílium suum osténdit
illi ?*

*Cum quo íniit consílium et instrúxit
eum **

*et dócuit eum sémitam iustítiæ
et erudívit eum sciéntiam *
et viam prudéntiæ osténdit illi ?*

*Ecce gentes quasi stilla sítulæ †
et quasi moméntum púlveris in
statéra reputántur ; *
ecce ínsulæ quasi pulvis exíguus.*

*Et Libanus non suffíciat ad succen-
déndum, *
et animália eius non suffícient ad
holocáustum.*

*Omnes gentes, quasi non sint, co-
ram eo ; *
quasi níhilum et ináne reputántur
ab eo.*

Voici le fruit de son travail avec lui,
et devant lui, son ouvrage.

11 Comme un berger, il fait paître
son troupeau : son bras rassemble
les agneaux, il les porte sur son
cœur, il mène les brebis qui allai-
tent.

12 Qui a jaugé les eaux des mers
dans le creux de sa main, et, de ses
doigts, mesuré les cieux,

évalué en boisseaux la poussière de
la terre, pesé les montagnes au cro-
chet et les collines sur la balance ?

13 Qui mesuré l'esprit du Seigneur ?
Qui l'a conseillé pour l'instruire ?

14 De qui a-t-il pris conseil pour dis-
cerner, pour apprendre les chemins
du jugement,

pour acquérir le savoir et s'instruire
des voies de l'intelligence ?

15 Voici les nations : elles sont pour
lui comme une goutte au bord d'un
seau, un grain de sable sur le pla-
teau de la balance ! Voici les îles,
comme une poussière qu'il sou-
lève !

16 Le Liban ne pourrait suffire au
feu, ni ses animaux, suffire à l'holo-
causte.

17 Toutes les nations, devant lui,
sont comme rien, moins que vide et
néant pour lui.

*Lætámini cum Ierúsalem et exsultáte in ea, **
omnes, qui dilígitis eam ;
*gaudéte cum ea gáudio, **
univérsi, qui lugebátis super eam,
*ut sugátis et repleámini **
ab úbere consolatiónis eius,
*ut mulgeátis et delíciis affluátis **
ex ubéribus glóriæ eius.

Quia hæc dicit Dóminus : †
*« Ecce ego dirígam ad eam quasi flúvium pacem **
et quasi torréntem inundántem glóriam géntium.

*Sugétis, in ulnis portabímini, **
et super génuá blandiéntur vobis.

*Quómodo si quem mater consolátur, † ita ego consolábor vos ; **
et in Ierúsalem consolabímini.

*Vidébitis, et gaudébit cor vestrum, **
et ossa vestra quasi herba germinábunt ».

Psaumes 148-150

*Laudáte Dóminum de cælis, **
laudáte eum in excélsis.

*Laudáte eum, omnes ángeli eius, **
laudáte eum, omnes virtútes eius.

*Laudáte eum, sol et luna, **
laudáte eum, omnes stellæ lucéntes.

10 Réjouissez-vous avec Jérusalem !
 Exultez en elle, vous tous qui l'aimez !

Avec elle, soyez pleins d'allégresse, vous tous qui la pleuriez !

11 Alors, vous serez nourris de son lait, rassasiés de ses consolations ; alors, vous goûterez avec délices à l'abondance de sa gloire.

12 Car le Seigneur le déclare :
 « Voici que je dirige vers elle la paix comme un fleuve et, comme un torrent qui déborde, la gloire des nations. »

Vous serez nourris, portés sur la hanche ; vous serez choyés sur ses genoux.

13 Comme un enfant que sa mère console, ainsi, je vous consolerais. Oui, dans Jérusalem, vous serez consolés.

14 Vous verrez, votre cœur sera dans l'allégresse ; et vos os revivront comme l'herbe reverdit.

Louez le Seigneur du haut des cieux, louez-le dans les hauteurs.

² Vous, tous ses anges, louez-le, louez-le, tous les univers.

³ Louez-le, soleil et lune, louez-le, tous les astres de lumière ;

⁴ vous, cieux des cieux, louez-le, et les eaux des hauteurs des cieux.

*Laudáte eum, cæli cælórum, **
et aquæ omnes quæ super cælos
sunt.

*Laudent nomen Dómini, **
quia ipse mandávit, et creáta sunt ;
státuit ea in ætérnum et in sæculum
*sæculi ; **
præcéptum pósuit, et non
præteríbit.

*Laudáte Dóminum de terra, **
dracónes et omnes abýssi,
*ignis, grando, nix, fumus, **
spíritus procellárum, qui facit ver-
bum eius,

*montes et omnes colles, **
ligna fructífera et omnes cedri,
*béstia et unívrsa pécora, **
serpéntes et vólucres pennátæ.

*Reges terræ et omnes pópuli, **
príncipes et omnes iúdice terræ,

*iúvenes et vírgines, **
senes cum iunióribus,

laudent nomen Dómini, † quia
*exaltátum est nomen eius solíus. **
Magnificéntia eius super cælum et
terram,

et exaltávit cornu pópuli sui. †
*Hymnus ómnibus sanctis eius, **
filiis Israel, pópulo, qui propínquus
est ei.

⁵ Qu'ils louent le nom du Seigneur :
sur son ordre ils furent créés ;

⁶ c'est lui qui les posa pour toujours
sous une loi qui ne passera pas.

⁷ Louez le Seigneur depuis la terre,
monstres marins, tous les abîmes ;

⁸ feu et grêle, neige et brouillard,
vent d'ouragan qui accomplis sa pa-
role ; les arbres des vergers, tous les
cèdres ;

⁹ Les montagnes et toutes les col-
lines,

¹⁰ les bêtes sauvages et tous les
troupeaux, le reptile et l'oiseau qui
vole ;

¹¹ les rois de la terre et tous les
peuples, les princes et tous les juges
de la terre ;

¹² tous les jeunes gens et jeunes
filles, les vieillards comme les en-
fants.

¹³ R/ Qu'ils louent le nom du Sei-
gneur, le seul au-dessus de tout
nom ; sur le ciel et sur la terre, sa
splendeur :

¹⁴ il accroît la vigueur de son peuple.
Louange de tous ses fidèles, des fils
d'Israël, le peuple de ses proches !

149 ¹ Alléluia ! Chantez au Seigneur
un chant nouveau, louez-le dans
l'assemblée de ses fidèles !

*Cantáte Dómino cánticum novum ; *
laus eius in ecclésia sanctorum.
Lætétur Israel in eo qui fecit eum, *
et filii Sion exsultent in rege suo.
Laudent nomen eius in choro, *
in týmpano et cíthara psallant ei,
quia beneplácitum est Dómino in pópulo suo, *
et honorábit mansuétos in salute.
Iúbilent sancti in glória, *
læténtur in cubílibus suis.*

*Exaltatiónes Dei in gútture eórum *
et gládii ancípites in mánibus eórum,
ad faciéndam vindíctam in natióibus, *
castigatiónes in pópulis,
ad alligándos reges eórum in compédibus *
et nóbiles eórum in mánicis férreis,
ad faciéndum in eis iudícium conscriptum : *
glória hæc est ómnibus sanctis eius.*

*Laudáte Dóminum in sanctuário eius, *
laudáte eum in firmaménto virtútis eius.*

*Laudáte eum in magnálibus eius, *
laudáte eum secúndum multitúdinem magnitúdinis eius.
Laudáte eum in sono tubæ, *
laudáte eum in psaltério et cíthara,
Laudáte eum in týmpano et choro, *
laudáte eum in chordis et órgano,*

² En Israël, joie pour son créateur ; dans Sion, allégresse pour son Roi !

³ Dansez à la louange de son nom, jouez pour lui, tambourins et cithares !

⁴ Car le Seigneur aime son peuple, il donne aux humbles l'éclat de la victoire.

⁵ Que les fidèles exultent, glorieux, criant leur joie à l'heure du triomphe.

⁶ Qu'ils proclament les éloges de Dieu, tenant en main l'épée à deux tranchants.

⁷ Tirer vengeance des nations, infliger aux peuples un châtiment,

⁸ charger de chaînes les rois, jeter les princes dans les fers,

⁹ leurs appliquer la sentence écrite, c'est la fierté de ses fidèles !

150 ¹ Alléluia ! Louez Dieu dans son temple saint, louez-le au ciel de sa puissance ;

² louez-le pour ses actions éclatantes, louez-le selon sa grandeur !

³ Louez-le en sonnant du cor, louez-le sur la harpe et la cithare ;

⁴ louez-le par les cordes et les flûtes, louez-le par la danse et le tambour !

⁵ Louez-le par les cymbales sonores, louez-le par les cymbales triomphantes !

*laudáte eum in cýmbalis bene-
sonántibus, † laudáte eum in
cýmbalis iubilatiónis : **
omne quod spirat, laudet Dóminum

⁶ Et que tout être vivant chante
louange au Seigneur !

Après les Psaumes, une lecture brève est proclamée, à laquelle l'assemblée liturgique répond par le chant d'un répons bref.

Puis une antienne, variable selon les jours, introduit le chant du *Benedictus*, le cantique de Zacharie dans l'évangile de Luc.

Benedictus

Benedíctus Dóminus, Deus Israel, *
quia visitávit et fecit redemptiónem
plebi suæ

et eréxit cornu salútis nobis *
in domo David púeri sui,
sicut locútus est per os
sanctórum, *
qui a sæculo sunt, prophetárum
eius,

salútem ex inimícis nostris *
et de manu ómnium, qui odérunt
nos ;

ad faciéndam misericórdiam cum
pátribus nostris *
et memorári testaménti sui sancti,
iusiurándum, quod iurávit ad Abra-
ham patrem nostrum, *
datúrum se nobis,

ut sine timóre, de manu inimicórum
liberáti, *
serviámus illi
in sanctitáte et iustítia coram ipso *
ómnibus diébus nostris.

68 Béni soit le Seigneur, le Dieu
d'Israël, qui visite et rachète son
peuple.

69 Il a fait surgir la force qui nous
sauve dans la maison de David, son
serviteur,

70 comme il l'avait dit par la bouche
des saints, par ses prophètes, de-
puis les temps anciens :

71 salut qui nous arrache à l'en-
nemi, à la main de tous nos oppres-
seurs,

72 amour qu'il montre envers nos
pères, mémoire de son alliance
sainte,

73 serment juré à notre père Abra-
ham de nous rendre sans crainte,

74 afin que, délivrés de la main des
ennemis, 75 nous le servions
dans la justice et la sainteté,
en sa présence, tout au long de nos
jours.

Et tu, puer, prophéta Altíssimi
vocáberis : *
præibis enim ante fáciem Dómini
paráre vias eius,

ad dandam sciéntiam salútis plebi
eius *
in remissionem peccatórum eórum,
per víscera misericórdiæ Dei nos-
tri, *
in quibus visitábit nos óriens ex alto,
illumináre his, qui in ténebris et in
umbra mortis sedent, *
ad dirigéndos pedes nostros in viam
pacis.

76 Et toi, petit enfant, tu seras ap-
pelé prophète du Très-Haut : *
tu marcheras devant, à la face du
Seigneur, et tu prépareras ses che-
mins

77 pour donner à son peuple de
connaître le salut

par la rémission de ses péchés,
78 grâce à la tendresse, à l'amour
de notre Dieu, quand nous visite
l'astre d'en haut,

79 pour illuminer ceux qui habitent
les ténèbres et l'ombre de la mort, *
pour conduire nos pas au chemin de
la paix.

Le chant du *Kyrie eleison*, du Notre Père, et de l'oraison terminent l'office, qui est suivi de la sonnerie de l'Angelus.